



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola
Prodigi Euangelici**

Qvae Poenitentia Peccatorvm Sev Conciones De Prodigii Evangelici Reditv
Ad Patrem

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1615

XVI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55940)

CONCIO XVI.

- Græca.* 7. Εἶπε πόσοι μισθοῖοι τῆ πατρὸς με ἀφῆσθῆναι ἀρτοποιῶν
γὰρ ἡ λιμῶν δόδομα.
- Vulgata.* 7. *Dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abund-
dant panibus, ego autem hic fame pereo.*
- Syriaca.* 7. *Ait, quot sunt nunc mercenarij in domo Patris mei qui
abundant pane, ego vero hic fame pereo.*

ARGUMENTVM.

- Dicemus
hodie* { 1. *Iterum cur dixerit panibus in plurali nu-
mero, & non solum pane.*
2. *Cur potius abundare pane, quam alio
cibo.*
3. *Verbulum unum de quibusdam meri-
nariis.*

A V E.

I.

*Iterum cur dixerit panibus in plurali nu-
mero, & non solum pane.*



IME O fere, dilectissimi, ut nonnulli
vestrum audientes semper sibi occini
panes, idem de me sentiant quod de
Augusto Virgilius. Dicitur enim lepi-
dus ille homo, videns ab Imperatore
omnium salaria panibus persolui, au-
cto eorum numero pro cuiusque merito, familiariter
ipsi dixisse, de pistoria natum videri familia. Forre &
vestrum aliqui dicent, semper audientes panem. Ille
Pater, concionator noster pistorisne alicuius est filius?
nam tractant fabrilia fabri,

Nautica de ventis, de tauris narrat arator,

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Cui tempestates semper in ore, æquora, fluctus,
Nauarchus videtur aut gubernator: cui taurus, agri-
cola: cui cædes, fulmina, sanguis, miles: cui agni & ca-
pit,

træ, pastor, aut de pastore natus. Cur non igitur diceret
 quis pistoris putabimus filium, qui semper de pane lo-
 quitur? Sed parum laboro quid de me cogitetur, num
 filius habeat pistoris, an villici, an nobilis, an diuitis,
 an pauperis: dummodo bonus habeat, vt habeor per
 gratiam Dei, ac reuera sim non infectus nostri seculi
 vitis. Et modo panes non conficiam nimis paruos,
 quod de pistoribus iactant, id est, sim iustus, bene cri-
 lians, bene purgans, meam farinam, meam conscien-
 tiam, ante omnia: deinde & aliorum. Dummodo aliis
 tangens verbi Dei panem, ipse mei non obliuiscar, &
 conquerar cum Dauide, quia *oblitus sum comedere pa-
 nem meum*. Et cur huius opificij nomen recusem, cum
 idem Deus exercuerit quadraginta annis in deserto,
 populum cœlesti pane & manna pascens. Artificium
 quod sanctus tractauit Spiritus, quando confecit vitæ
 panem, in vteri virginalis pistrino. Si enim Christus
 panis vitæ fuit, *conceptus de Spiritu Sancto*, sine viri o-
 pera, cur Spiritum sanctum non appellem pistorem,
 opificem incarnati Dei; qui tam sæpe pistoriam exer-
 cuit, reficiens tot hominum millia, multiplicatis pa-
 nibus, quos quasi in manibus pinsuit, ac parauit? cur
 erubesceret homo opificium inter omnia maxime ne-
 cessarium, quod ipsis etiam tractandum est regibus;
 quo & concionatorum officia naturalissime repræ-
 sentantur. Si enim Dei sermo animarum nostrarum
 panis est, collectus & compactus tot diuersis ex omni
 parte sententiis, tanquam grauis; deinde commo-
 litus, cribratus, bene examinatus, pistus bene
 cum modica secularis doctrinæ aqua, coctus magno
 iudicio discretionis, ac deniq; vobis distributus; quid
 reuera aliud sumus quam Dei pistores, ad animarum
 vestrarum sustentationem? Etiam si igitur filium pisto-
 ris aliquis me putaret (qui tamen non sum) nullam
 mihi faceret contumeliam. At cuius auribus toties re-
 petita panum declamatio ingrata potest esse, cuius
 palato quotidie panis sapit: qui panem quotidianum
 quotidie petit: nec timet singulis momentis Dei pul-
 sare ac obtundere aures, *panem panem* flagitans. Cum
 nemo

nemo ipsis de pane locutus, cū nemo panē ipsis postularit, cum nemo panē dederit. Nobilesne hæ Virgines, Christianæ Vestales, Canonice tam honorati Collegij? Timerem certe si quæ iam satuta Dei panes falsi diceret, (quod tamen non opinor, nec spero futurum tandem sentiret panis inedia, & huius & illius quo quotidie pascimur. *Emittam famem in terram: non famem panis, neq; sitim aquæ: sed audiendi verbum Domini, & commouebuntur à mari vsq; ad mare, & ab Aquilone vsq; ad Orientem circuibunt, quærentes verbum Domini & non inuenient.*

Amos. 2.

Sed auertet hoc Deus. Non enim vobis opinor ædiosum audire toties panes. Age igitur, incipiamus apponere panes, qui heri ob breuitatem temporis fuerunt dilati.

Dico igitur introduci Prodigum nostrum in plurimū numero de panibus loquentem, vt indicetur Deus aliter in prosperis, aliter in aduersis nutrire hominem. Vt enim corpus vegetum, & validum æstate aliis vrit cibis, vt lactucis, olusculis, aliis bruma, in ægitudine & hyeme: sic & anima. Quibusnam igitur alimentis fouet Deus istos fortunæ pullos, ac filios, qui nutu orbem mouent, & omnia habent pro voto. Nihil manducant dices, quam panem triticeum, & similitudo; nihil nisi manna, & ambrosiam cœli. Panes sunt quibus saturatur, quos soli comedere non deberent, sine conuiuia paupere, vt faciebat Iob. *Si comedi buccellam meam solus: mittite partes eis, qui non habent.* Sed Deus pascit eos etiam pane fermentato, ne nimium effrascant, aut inflentur, i. nimium superbiant: timore videlicet lapsus, malique exitus. *Qui stat, videat ne cadat. Panem tuum in conturbatione comede. Antequam comedam suspiro.*

Ezech. 12.

Permittit Deus vt agitur, vexentur litibus, detractionibus, & inquietudinibus, quæ possessiones consequuntur. Permittit vt vxor molesta sic coniugi, aut maritus. Mandendæ sæpe sunt angustiarum crustæ, & acerbitates: nunc hoc obicit, nunc illud, inuida, garula, nunc alia ratione intolerabilis est: vt vxor Iob,

Xan.

Xantippe Socrati, Iuno Ioui. Iam sterilia sunt matrimonia non nascētibz filiis, iā supra modū fœcunda, & rursum onerosa. Semper aliquid immittitur aduersi. *Cinerem tāquam panem manducabā.* Tantalī in medio bonorum suorum vt vellent gaudere, nō possunt, afflicti morbis, iam ægritudinibus, dura mortis ingentur memoria, quam nequeunt euadere. *O mors quam Eccle. 41. amara est memoria tua, homini pacem habenti in substātia suis, viro quieto, & cuius via directa sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum; Ecce in pace amaritudo mea amarissima.*

Ita hos panes miscet, vt huius acrimonia alterius suauitatē tēperet, vt homo in humilitate cōtineatur.

In aduersitate autē qualē Deus ministrat hominibus panem? Manducant abunde panem Helix subcinericeum, panem hordeaceum, panem parum sapidum, panem lapidosum, quasi recens ex acutis molaribus; panem mordacem, qui strangulat fere, raditque gulam. Huic Deus dat, sed non solum: addit & alium.

Abundant etiam panibus consolationis internæ, dum Genes. 3. satiunt se reuera esse filios Dei; quia tribulationibus, filiorum Dei pane, sustentatur. Ostendit ipsis sententiæ suæ antiquæ veritatē in sudore vultus tui vesceris pane.

Item tribulationes regiam esse viam, qua recta & secure ad cœlum perueniatur. Item materiam esse coronę maioris, aut benignioris purgatorij. Item breues illas esse, & miseras æternæ gloriæ pondus operari. Item facit vt mors illis minus appareat terribilis. Mille deniq; tales panes largitur, quorum nomina ignoramus. *Videmus bonorum cruces, sed non videmus vntiones. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra quam potestis.*

Psal. Secundum multitudinē dolorum meorū in corde meo, consolationes tua latificauerunt animam meam.

Tantum huius, quantum alterius: si vncia aduersitatis est, est & vncia solatij. tantum mellis, quantum fellis, tantum sacchari, quantum aloes; imo sæpe amplius saccharati panis, aut Martij consolationum diuinarum, quam hordeacei afflictionum.

Si abun-

Si abundant panibus, respectu eiusdem conscientie dictum sit, quæ diuerso statu ac tempore iam sederit gratia, iam in peccato: Ah quam hoc bene, quæ uerè Reuera enim, dilectissimi anima ex apothecis Dei mirabilem accipit saccharati ac Martij panis abundantia. *Mel & lac sub lingua eius.* Nihil nisi plane roseum, ac suaue, de cerebro in memoriam & cordis affectum distillat. Ex memoria inquam bonorū sensuum, ex memoria mutui amoris inter se & Deum (sicut amores seculi de amicæ gratia securi) dicens *Dilectus meus mihi, & ego illi. & ad me conuersio eius*: quod uult Deus, uolo, quod ego uolo, uult Deus. *Voluntatem timentium se faciet*: & alibi in Iosue. *Obedienti Deo uoci hominis*. Ex suaui memoria quod diues, quod potens, quod domina totius mundi facta sit anima, per mutuum Deummorem, qui ita corda iungit, ut plane unum sit, & ut est in prouerbio, *omnia habeant communia*. Sic inter ipsum Deum & iustos agitur, inquit Clemens Alexandrinus, & ante ipsum Diogenes Philosophus.

Clemens Alexandrinus Orat. exhortatoria ad gentes in fine.] *Si sunt communia ea qua sunt amicorum: est autem homo religiosus, & Dei amicus, uerbo intercedente sunt omnia ita hominis, quia Dei sunt omnia, & sunt omnia amborum amicorum communia Dei & hominis. Nobis ergo hoc nunc restat, ut dicamus eum solum qui est pius, ac religiosus, esse Christianum & diuitem.*

Diog. Laert. lib. de vit. Philos.] *Ratiocinabatur Diogenes in hunc modum. Omnia Deorum sunt. Diis autem amici Sapientes sunt. Sunt autem amicorum cuncta communia, omnia igitur sapientum sunt.*

1. Cor. 3.] *Omnia nostra sunt*

Nihil habentes & omnia possidentes.

Credenti totus mundus, diuitiarum est.

Omnia possum in eo qui me confortat: ego dixi Deo estis.

Omnia iustorum sunt, aut re aut spe, inquit doctus & deuotus noster Doctor S. Bernardinus. Si enim omnia in tres classes diuisa sunt, in superiora homine, paria, & inferiora: uere omnia hominum sunt. Fruitur enim & gaudet

gaudet summis, i. Deo. *Deus cordis mei, & pars mea* Hebr. II.
in aeternum: pares ipsi in auxilium dati sunt, vide-
 ret Angeli. *Omnes sunt administratorij Spiritus* in sa-
 lutem. Inferiora ipsi tanquam Hero & Domino ser-
 uant. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.*

Magister sent. lib. 2. dist. 1. §. H.] *Totum bonum homi-*
nerat, & quod factum est propter ipsum, & propter quod
factus est. O quam suavis animę panis, omnia pos-
 sepud Deum amicum. Quam suauis est intelligere,
 cunctos Angelos & cœlestes Choros, & omnem crea-
 turam tibi esse amicam, inimicam sceleratis, ac insen-
 sis: contra quos omnis mundus armatur. *Quæ con-*
ueniunt in aliquo tertio ea quoque inter se conueniunt. Rex
 Isaphat dicebat Ioram, *qui meus est tuus est.* Et Prodi-
 gipater postea dicit seniori filio, *omnia mea tua.* Sic
 pater Deum & animas pias. Si stabilis amicitia vnus
 atque alterius tantopere nos recreat, quam iucunda
 est animæ tanta amicorum societas, Dei, curiæ triū-
 phantis, Ecclesiæ militantis, ac tanti exercitus? Quan-
 tum confortabit ille panis quod certo sciat se ac vita
 habere bona Angelis adferre lætitiā, quodque, vt ita di-
 catur, talis hic sanctus sit, de quo sancti in cœlo exul-
 tant. *Gaudium est Angelis Dei, super vno peccatore pe-*
nitentiam agente. Nonne hic reuera panis Martius?
 Quid obsecro dicam de panibus deuotæ contempla-
 tionis, & orationis: Quomodo pij non minus sagi-
 dentur bene viuendo, quam alij bene edendo. *Meus*
est ut faciam voluntatem patris mei: aiebat Do-
 minus noster. Et quantus panis est conscientię tran-
 quillitas? Hic panis, dilectissimi, adeo pinguis, adeo
 considerabilis, adeo sapidus, ac tam bene nutriens, vt
 intelligentes existiment Epicurum, constituen-
 tum summum bonum in voluptatibus, de cōscientiæ
 tranquillitate hoc fuisse locutum, quia nimirum nul-
 la voluptas possit ei comparari.

Cicero lib. de finib.] *Clamat Epicurus is, quem vos*
in voluptatibus esse deditum dicit is, non posse iucunde
uiui, nisi honeste, sapienter, iusteque, viuatur: nec sapienter,
honeste, iuste, nisi iucunde.

Ibidem.] *Sapientes bona praterita, grata renouatione cordatione delectant.*

Secura mens quasi inge conuinium.

Videte, videte panes filiorum Dei. Omnes recedere mihi foret impossibile. *Abundant panibus*, nimia copia est. *Quid* (nonnunquam ita abundant ut in perfint cophini, ac cogantur eos remittere; ut quibusdam in vibibus confratres nostri Cappuccini faciunt. Nunquamne habuistis, dilectissimi, inter prias imagines, in libellis vestris, illam magni Indi Apostoli Francisci Xauerij societatis Iesu, sculptam ab Hieronymo Wierx raræ artis magistro, vbi Sanctus ille decussis ante pectus in crucem manibus, oculis incelum suspiciens, irradiatus splendore quodam celesti, dicit: *Satis est Domine, satis est.* Quid voluit dicere bonus ille pater? nisi Domine consolationum tuarum panes, infirmitati meæ nimium fortes sunt, nimium dispensas liberaliter, stomachus animæ meæ tantam copiam non capit, cor mortale tanta dulcedine defecit. *Mel si nimium etiam amarum. Mel inuenisti, comedo quod sufficit. In quibusdam regionibus ita forti est panis & durus, quod non est sumendus ad satietatem: & si sumitur, sumens inflatur, & torquetur,* ait Philipp. Cancell. Paris. in Pl. 79.

Equidem sic ego interpretor, secutus Horatiū Tursellinum, ex eadem societate, qui scribit in vita ipsius, quod similibus verbis non raro solus utebatur. Ipsa si placet historici verba audiamus, in testimonium deuotionis meæ in sanctum istum.

Horatius Tursellinus. l. 2. vite Francisci Xauerij c. 10.] *Sapius in eiusmodi laboribus superfundente se celestis letitia, audacius est, cum remoto ab arbitris (ut crederet) loco ita diceret: Quasote, Domine, noli, si placet, noli me tanta gaudiorum mole obruere in hac vita: aut certe si pro tua infinita benignitate vis tantis circumfluere melatitibus, transfer in domicilium beatorum: nam qui unum semel dulcedinem interiore gustauit sensu, vitam sine te acerbam viuat necesse est.*

Psal.] *Gustate, gustate, & videte quonia suavis est Dominus.* P[sa].]

Pfal.] *Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt*
inde.

Sed conscientia in peccato quali abundat pane.

Accipite in scripturis nonne inuenimus panem do-

loris? *Surgite postquam sederitis qui manducatis panem*

doloris. Nonne & panem afflictionis? *Septem diebus*

comedes absque fermento, afflictionis panem. Siluerius

Papa deloco exilij sui cuidam Episcopo scribit, *Su-*

stior pane tribulationis, & aqua angustie. Nonne &

panes lachrymarum? Fuerunt mihi, inquit Psalmista,

lachryma mea panes die ac nocte. Ac alij dicunt: *Cibal is*

panis lachrymarum, & potum habis nobis in lachry-

mis in mensura. Et nonne satis hoc esset pro lachry-

marum pane, quod primo nostri generis peccatori

dixerit Deus, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo,*

id est, viues lachrymis, qui sunt quasi oculorum

causus salsusque sudor, tanquam panibus,

Hi omnes peccatricis conscientiae panes sunt: sed

sicut peccatricem conscientiam dupliciter confide-

re possimus: Vel tanquam complacentem sibi in

peccato, & continuantem malitiam, vel tanquam

dolentem de praeteritis, ac lachrymantem & casti-

gantem vitem priorem, & ad meliora tendentem:

Ac etiam duplex doloris panis est.

Alius pro induratis; alius pro poenitentibus. Pro

induratis, copia panis hordeacei, strangulantis eden-

tem, causantis suspiria digestionis durae, panis lapido-

sus. Vnde Plinius talem damnauit ad bestias. *Panem ex*

hordeo antiquis usitatum vita damnauit, quadrup-

lanti, tradidit refectibus.

Dico copiam panis tedium, displicentiae, suspiriorum,

lachrymarum, gemituum, & tamen infructuosorum.

penitentiam agentes, intra se & pra angustia spiritus ge-

neres. Omnis panis damnatorum, in inferno, dolen-

tium, hoc aut illud esse factum, non tamen ab eo ab-

stinere volentium: (de quo pane Esau manducauit, &

rex Antiochus.) *Non enim inuenit Esau poenitentia lo-*

rum quamuis cum lachrymis inquisisset eam. Panes

Deut. 6.
 Breu. Rom.
 20 Junij.
 Psal. 41.
 Psal. 79.

Plin. lib. 18.
 c. 7.

ex glande, tribulationis, angustiae, pleni & furfure, qui multatus stridorem inducit dentibus. Panis pleus vermibus, terribilibus aspectu, horribilibus tactu, execrandis gustatu. *Panis eius in utero illius veretur a fel asspidum intrinsecus.*

Iob. 20.

Ah Deus quales panes. *Panis huius repleto pessima.* Constat hoc nimium. Quoties enim Dei mei obliuiscor, non negligit Deus hunc mihi ingerere panem, ut sic exciter animam, seruitij Diuini obliuiscerem. & quis ex vobis necdum panis istius particulam gustauit? Faciat Deus benignus pater, ne vnquam eum gustemus, nunquam eo impleamur, propter vitam in deterius commutatam. Da Domine hanc mihi gratiam, & populo huic, obsecro te, per te ipsum, & filium tuum Christum Iesum crucifixum pro nobis. Abundantiterim tali pane conscientiae peccatorum, nocte, die, semper funesto illo pane: *Fuerunt mihi lachrymarum panes die ac nocte.* In surgendo hic panis, in incumbendo hic panis, in ientando, in prandendo, in coenando, hic panis: hic panis in vigilia, in somno, quid? etiam inter choreas, inter tripudia, & delicias, semper hi panes doloris & lachrymarum. *Antequam concedam suspiro.*

Psal.] Cinerem tanquam panem manducabam, & optimum meum cum steru miscebam.

Prou.] Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij locus occupat.

Videmus nonnunquam ridere peccatores: sed nullus ille non transit labia: risus ut aiunt Sardonici sunt, qui crucem & mortem secum trahunt.

Videmus illos foris hilares, sed si Momi fenestellam gestarent in pectore, videremus eos intus torqueri, affligi, crucifigi. Umbras quasdam & phantasmata videmus consolationum, sed vera ipsorum flagella, cruces, patibula, quibus suffiguntur misera ipsorum animae, non suspicimus. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Optimo iure illi dicerent. Ah inter quam raras rosas quot spinis pungimur?

Psal. 38.

Cicero l. de Finibus.] Neque enim ciuitas in seditione beata

lata esse potest, nec in discordia Dominorum domus, quo minus animus à se ipso dissidens ipse, secumque discordans, gustare partem ullam liquidæ voluptatis & libera potest: atq; pugnantibus & contrariis studiis, consiliisque semper vovens nihil quieti videre, nihil tranquilli potest. Quod si corporis grauioribus morbis, vita iucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri necesse est? Animi autem morbi sunt cupiditates inmensæ & inanes diuiciarum gloria, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum, &c.

Prou.] *Tinea ossium cor intelligens. Qui addit conscientiam (sui) addit dolorem.*

D. Amb. lib. 5 Ep. 18.] *Nullus maior dolor est, quam is qui peccati mucrone vulnerat conscientiam.*

Isidor. lib. 2. soliloq.] *Nulla pœna grauior pœna conscientia.*

Si timetis panes hos duros, cauete Deum offendere, aut si iam offensus est, emendate vos, & redite quamprimum in gratiam.

Sunt & panes pœnitentis conscientia. Abundant panibus. Dat eis Deus panem amaro-dulcem, contritionis, & doloris, pro voluptatibus præteritis: doloris dico non quia illa rursus desideret; sed quia omnia illa detestetur. Panem lachrymarum pro risibus, & iocis iucundis, pro tempore perduto, pro eo quod Deo ingrati fuerint, Angelis, & omni creaturæ; quod paradysum perdidierint, infernum quaesierint, quod se Deumque amiserint. *Deus meus & omnia*, saepe dicebat noster S. P. Franciscus. Quælibet talis anima optime Noemi verbis uti potest: *Ne vocetis me Noemi (i. pulchram) sed vocate me Mara (i. amaram) quia amaritudine valde repleuit me omnipotens: & Psalmistæ. Cibate nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura. (Maxima mensura vertit Vatablus) & annotat q. d. potasti eos lachrymis abundantissime. Abundant panibus egressus Petrus foras, fleuit amare. Sed quid, inquiet aliquis, lachrymas appellas panem? casne aliquis alteri inuidet, nonne potius miseretur? & tamen Prodigus hic earum videretur cupidus: dicens,*

V 3 quanti

Ruth. 1.

Psal. 79.

Quāti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Ah quot sunt ibi mercedarij, & peccatores pœnitentes in domo patris mei, qui abundant panibus, qui largiter flent, & plorant peccata sua, & ego hic fame morior; totus sicus, lapide durior, nec vnā quidem guttam pro scelerata vita à oculis extorqueo? Optaret quis lachrymas ac inuideret? imo vero: lachrymæ panes sunt, optimi, digni qui cupide desiderentur. Panis, vitam quidem hominis sustentat, mortuo tamen eam non reddit. Sed panis lachrymarum, compunctio, & afflictio, omnia hæc facit pariter. Vitam fouet; continens nos in bono statum, quando in eo sumus.

*O felicem statum gratiæ! quæ statio melior, relatio pulchrior, quæ materia beatior? In eo nos panis lachrymarum continet, suo apud Deū merito; & qui videns homo quanti constant lachrymæ, & peccatorum pœnitentiæ, timeat in posterum modicam voluptatem tãti emere. Pro vna enim voluptate, mille succedunt dolores; ac tum dicit: *Nocet empta dolore voluptas? Quam carè semel in toto nox vertitur anno.**

Ah pœnitere tanti non emam dicit tandem bene deliberratus; sicut Demosthenes Laidi, Scorto Corinthiote leberimo. Et non tãtum hanc gratiæ vitam in nobis sustentat, sed perditam etiam restituit. Bene plorantes, bene cõtudentes nostra peccata, cogimus quasi Deū vt gratiam nobis reddat. Non meministis Dominum, ante resurrectionem Lazari fleuisse, & cum redemptio- nem nostram in crucis arbore operaretur, exanctum esse cum lachrymis. Et clamore valido, vt inquit S. Paulus? Nescitis Pelicanū, vt resuscitet paruulos, sanguinem plorare de pectore? Lachrymæ igitur panes vitæ sunt, multo potentiores efficacioresq; nostro vulgari. Si panis communis, vt aliquoties ex Plinio repeto, infinitis prope medetur morbis; certe lachrymæ contra omnia mala, & peccata nõ minus valent. Antidota sunt præseruantia ne accidunt, restaurantia si acciderint. Contra mala etiam pœnæ, & flagella Dei quantum valent. Quis ignorat quantum potuerint lachry-

Propert. l. 2.

ne Petri, Magdalene, &c. D. Hieron. in Isaiam.] *O-
ratio Deum lenit, sed lachryma cogit: hac ungit, sed illa
pungit. Lachryma haec arma sunt paruulorum in matres,
discipulorum in magistros, uxorum in maritos.*

Terent. in Eunuch. Act. I. Scen. I.] *Hæc verba (ado-
lescentis comminatoria scilicet aduersus Thaidem suam)
quæ me hercle falsa lachryma (Thaidis sc.) quam ocu-
lato serendo misere, vix vi expresserit, restinguet. Et te vl-
tè accusabis, & dabis ei vlterius supplicium.*

Flagitiosorum in iudices, pauperum & indigentium
in diuites & immisericordes. Lachrymæ denique ar-
ma sunt validissima, quæ obdurata expugnant corda,
& suauitatem ac voluptatem adferunt.

Est quædam flere voluptas:

Ouid.

Expletur lachrymis egeriturque dolor.

Per lachrymas, desideria euaporant, tanquam per va-
porum spiracula, & spiritus nimium conclusus, & arctatus,
illa in lachrymas resolutione elabitur, & se quasi
in libertatem restituit: de quo tantum legendus Aristot.
Si panis proprius hominis cibus est, flere etiam
propria hominis actio est. Solus enim homo lachry-
mat, inter omnia animalia: falsa sunt Crocodili la-
chrymæ, & Ceruorum, quos nimium instantes expri-
munt venatores. Si panis ex granis conficitur bene tri-
turatus in area, bene contusus in mola, bene subactis in
pistrino; unde lachrymæ procedunt nisi ex tusionibus,
pressuris externis, contritione interna; nisi ex animæ
angustia, & cordis afflictione. Lachrymæ igitur bene
inspecte, magnam cum pane habent similitudinem; nec
male significantur per illud *abundant panibus*; & per
consequens, pietatem inuideri & desiderari possunt,
sicut à famelicis larga mensa, & saturitas; a vitiosis vir-
tutes. Non ut alij priuentur qui habent, sed ut illi etiam
accipiant qui non habent. Si enim lachrymarum pa-
nis desiderabilis non esset, cur in collecta diceret
Ecclesia. *Educ de cordis nostri duritia compunctio-
nis lachrymas?* Cur Sacerdotes quando ad sacrum
se induunt, legerent; *Merear Domine portare ma-
nipulum fletus & doloris?* Cur optaret Ieremias:

*Aristot. lib.
I. Rhet. cap.
de iucundis
& volupta-
tem afferen-
tibus.*

Jerem. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filia populi mei? Cur diceret Propheta David: Renuit consolari anima mea? Cur omnes sancti amarunt & commendant lachrymas, & diligenter

Ouid. lib. 2.

Vt flerent oculos erudière suos.

de remed.

Dominus noster nonne dicit Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.

Matth. 5.

Luc. 6.] Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Ve vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.

Et Rex David, qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

Et Salomon filius eius: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum gaudij.

Cur Dominus gemebunda ad sacrificium postularet animalia, vt Turtures, Columbas?

Cur toties fleuit Christus, nunquam risit?

Cur Petrus perpetuo fere, & singulis momentis, post abnegationem fleuit?

Cur S. Franciscus lachrymarum copia oculos fere extinxit, & cum moneretur parcere oculis, respondit non tanti debere esse corporis sensus, vt propterea languere debeat vigor animæ deuotæ, quæ nutritur suspiriis, & per lachrymas in conspectum Dei adducitur?

D. Bonau. 6.

5. vitæ D.

Franc.

Cur Franciscus Xauerius adeo gauisus est inuenisse se in illas, in quibus oculos lachrymis perderet? Haec sua (inquit) in primis apta atq; apposita ad oculorum aciem ex iucundissima lachrymarum vbertate pendulam esse videntur.

Horat. Tur-

sell. lib. 3. de

uita Franc.

Xauerij. cap.

3.

Cur non placuit S. Hieronymo matrona vlla Romana, quæ non luctu & lachrymis quasi excæcetur?

Hieron. ad Asellam Virginem Ep.] Te delectant cæchinnantium greges: me Paula Melaniaq; plangentis.

Ibidem.] Nulla fuit alia Roma matronarum, quæ meâ possit edomare mentem nisi lugens atq; ieiunans, squalens sordibus, fletibus pene cacata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem Sol saepe deprehen- dit: cuius Canticum, Psalmi sunt: sermo Euangelium

alium, delicia continentia, vita ieiunium.

Cur Heraclitus Philosophus gentilis, natione Ephesus, non secus ac si lachrymæ præcipua esset Philosophiæ pars; totus diffundebatur in lachrymas, semper tali comite exiens ab ædibus? Persuasus mundum theatrum esse miseriarum, dignum perpetuo planctu, & commiseratione. *Vallis lachrymarum. A-tensiones in corde disposuit in velle lachrymarum, &c.*

Sicut desiderabile est, ut densi aliquando cadant imbres, ut redeat latens in nubilo serenitas, terræque fecunditas; ut canicularium dierum ardores temperentur: sic animæ non minus desiderabile lachrymarum donum, ad serenandam turbatam conscientiam, fecundandam bonis operibus, refrigerandum concupiscentiæ ignem. Nō cogitatis dilectissimi quibusdam lachrymas risu esse dulciores? gemitus, & suspiria, nuptialibus gratiora cantibus? Desideria quædam, & gaudia suaviora quam res habitæ ad arbitrium? Sunt & lachrymæ lætæ, sunt lachrymæ amoris, sunt lachrymæ dulces, quis dubitet? Oh! *lachrymæ gaudio*, dicebat *Terent. in Adolph. act. 3. Scen. 3. Genes. 43. Arist. 1. Rhe. cap. de iucundis, &c.* *Iosephi*, inter fratres suos, post priores metus, & formidines, nonne suaves, nonne gratæ fuerunt, melle dulciores, & lachrymis vinearum, dulcissime omnium arboris? Aristoteles rem dicit admirabilem: cognatos & amicos flere, esse iucundū; quod tamen certissimum. Quia tum videntur nobis esse ante oculos, & iucundum est reminisci præclarorum gesta, probosque mores. Eas ego dico amato-dulces: si enim molestum quoddam desiderium est absentium quos ploramus, ita voluptas etiam quædam est, eos recordatione quasi præsentem videre, ac si viuerent. Aristoteles hunc Poetæ versum adducit.

Sic factus flendi cunctis immisit amorem.

Sed non solum flere iucundum est propter representationem istam, sed etiam quia ita animus pressus, & arcatus, in latitudinem ac libertatem vindicatur, & ardens quasi refrigeratur illa aspergine. *Panis igitur Daniel. 10. desiderabilis lachrymarum.*

Cassiod. in Plat.] *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c.*

Fletus consolatio est animarum, corroboratio sensuum, ablutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum.

*Ouid. lib.
Metam.*

Flumina tum lactis tum flumina nectaris ibant.

Grata inquam & dulces sunt tales lachrymæ. Non dulces ut senum, qui ex cruditate lachrymant, non et aduersitatibus dulces, & frigidas lachrymas; sed iucunde, dulces, & calide, nostro affectui, quia illas tanquam virtuosas ambimus, tanquam peccati destructrices, reparatrices gratiæ perditæ, nutrices humilitatis, nouitias commodas pro religione ad perfectionem, & reformationem tédente. Ecce cur bonus quidam pater pœnitenti animæ consuluerit, *de peccato doleat & de dolore gaudeat*. Ac alteri duriusculo; *dole quod non doles*. Hinc non male Prodigus noster lachrymas iis inuidet, qui eas tam copiose ac liberaliter pro peccatis suis fundunt. Dolet quod non doleat, quod Spiritus sanctus gemere ipsum necdum faciat, ut ait S. Paulus ad Romanos. *Ipsè Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Piger quod bonus ipsi Angelus tam viuaciter cor necdum tetigerit, quum olim filiis Israel, quodam loco qui inde postea appellatus est *locus flentium ac lachrymarum*: quod necdum cum Dauide & perfectioribus dicere possit: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam*.

Rom 8.

*Iosue 2.
Psal.*

Psal.] Panem meum cum fletu miscebam.

Deplorat quod satis necdum ploret, aut non ut decet, aut pro quo decet: quod suspiria non tradant suspiria, lachrymæ lachrymas, ut fluctus fluctum, & vnda vndam. Tantam optat copiam ut oculorum vias satis se exonerent, nouosque quærant exitus, atque ita in cor relabantur, & dulci quasi morte suffocent. O mortem suauem! O tormentum desiderabile!

Insuper si ad tres gradus spiritualis vitæ, *incipientium scilicet, Proficientium & Perfectorum* referamus, quantis abundant panibus. Ostendit enim unicuique gradui suum esse panem, alium incipientibus, & imperfectis, alium proficientibus, alium perfectis. Memine-

rint

int sic Doctiores de pane, qui à Prudentio dicitur *panis gradilis*. Qui in eleemosynas distribuebatur. Sic dicitur quod olim populo Romano capitatim distribuebatur, in gradibus. Quo respexisse videtur in isto versu Poeta. *Et quem panis alit, gradibus dispensus ab alitis,* id est, eleemosynæ.

Meminerint etiam tot esse Psalmos, quos Ecclesia appellat Graduales. Ac in omni domo & Republ. reipublice bene constituto, graduum debere inueniri distinctionem.

Dicere ergo voluit Prodigus, pro incipientibus ac nouitiis Christianis, & spiritualibus, qui Deo adhuc pro bonis temporalibus seruiunt, inueniri in Ecclesia certos panes, vt simplicem rudemque Catechismū, (quem alicubi Apostolus lac appellat) & elemēta, primaque principia status quem amplectuntur, tā quoad fidem, quam quoad mores: suauem ac paternam correctionem Prodigorum, vel Prælatorum, consolationes internas, lachrymas, & in oratione deuotiones quasdam sensibiles, ex parte Dei, quas nescio quo appellem nomine, aut qua ratione explicem vt intelligar, nisi & auditor, & interpretas eas aliquando degustarit. Panis hic appellari potest *panis primitiarum*, melius etiam panis Angelorum; quia ab Angelis ministratur qui consolatores, & adiutores sunt pœnitentium.

Lemit. 3.

Item manna cœli: quia sicut manna Israelitis datū est, quam primum pedem efferentes Ægypto ingressi sunt desertum; sic etiam Deus nouitiis in seruitio suo suauiter Diuina cōsolatione occurrit. *Pauperes eius saturabo panibus.* Deus noster, dilectissimi, & tum & modo agit cum incipientibus sicut nos, cum cane nouiter donato, quē vt sequatur, docere volumus. Mulcemus ipsi dorsum, pellemque suani popismate, inspuimus in os lambendam saliuam, adulamur, apponimus cibos suauiores, caseum, panesque gestatos sub accellis, ac mille alia ad mouemus blandimēta; aut qui equum assuefacere vult, aut mansuefacere leonem, blanditur, mulcet, nihil relinquit infectum.

Psal. 131.

Vel

Vel ut prudens Hortulanus, noua semina ac plantas suauiter opportuneque rigat, umbram facit, ne sol urat, fodit circumcirca, stercorat, tegit, reteggit sollicite, ut radices agant, crescant, & fructum faciant. Aut ut bona nutrix, quæ sollicite educat infantem, lac suum præbet, aliquando & alienum, bestiarum cum saccharo decoctum, cibos dein solidiores, ac postea, lauaret, ut ornet, ut castiget, beneque instituat, panem dat candidum, puppas, crepitacula, fistulas, crepundia. *Ære leuuntur*, inquit Poeta. Aut ut magister discipulus, qui discipulum in bicipitem educere vult Parnassum, permittit multa; dat ferias, nec tantum ab ipso exigit, nec tam tersum ac politum, quam ab adultiore: ne Musas statim horreat, ac abiiciat libros, & arma scholastica. *Nam id in primis cauere oportebit* (dicit Quintilianus) *ne studia qui amare nondum potest, oderit & inuicem* *maritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet.*

Quintil. lib. 1. instit. ca. 5.

Ut versatus Dux instituens agmina, tironem inuitat munusculis, conuiuio, aliquantula libertate, & cum corpora gloriose vicerit, curat etiam animas expugnare beneuolentia. Sic & Deus, nouis seruis omnem subministrat consolationem, ut eos in officio ac seruitute contineat. Videte obsecro quantis blanditiis circumuenerit Adamum ut eum sibi redderet fidelem. Quasi in generali armilustrio omnes illi exhibuit animalium species: fecit ipsum mundi Proregem: dedit uxorem pulchram, bonam: dedit pro dote hortum amoenissimum, ut ibi suauiter uiueret. Quid quæso non? Filios Israel ex Ægypto per mare rubrum sicco deduxit vestigio, ac in eodem Ægyptios, antiquos ipsorum tyrannos omnes ut plumbum demersit: panem cæli suauiter illos aluit 40. annis: fontes eduxit de petra: leges salutes in tabulis lapideis suo digito descripsit: diruit in oculis ipsorum muros Iericho solo tubarum clangore: incarnatus autem quid non fecit? Pax proclamata est ab Angelis, Scaturiuit Romæ fons olei, tres in Oriente apparuerunt Soles redeuntes in unum, floruerunt vineæ Engaddi. Fundans Ecclesiam dulcissimè

Eutrop. lib. 6. de gestis Rom. in Augusto.

omnè suos habuit Apostolos : noluit ut flerent, ut ieiunarent multum sub ipso, dicens non cōuenire ut plerent filij sponsi, dum cum ipsis est sponsus, postmodum istius rei fore tempus : non mitti vinum nouum in vres veteres, ne rumpantur, ac pereant : nec assumentum panni rudis insui in vestimentum vetus, ne prior scissura fiat. Hæc egit, hæc dixit, versans visibiliter inter nos. Reuersus autem in cœlum, clausisq; cornibus, nonne nouis Christianis, nouitiis religiosi, multæ consolationes præstat in meditationibus sanctis, in lachrymis, in cantu, in omnibus exercitiis, tanquam panes mellitos, panes Martios, ut dulciaria, crustulaque, quæ paruulis damus: aut ut micæ quæ cadunt de mensa dominorum, Angelorum scilicet, & beatorum: panis reuera tali tempori necessarius. *Panis prior prora.*

Matth. 15.

Quantum ad proficientes, & illi abundant panibus ad saturitatem, sed solidioribus, fermentatis, subcunctis, coctis igne Spiritus sancti & discretionis, sale aliquando salitis. Panibus pœnitentiæ, tentationum, aduersitatum, laborum, in calamitosa hac vita: sed ita ipsorum robori contemperatis, ut inde semper fortiores fiant tanquam virili pane. *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Deus enim non patitur nos tentari ultra quod possumus, inquit S. Paulus. Facit omnia, & distribuit, in numero, pondere, & mensura. Sed inquires, quomodo abundant, aut iuxta Græcum *redundant*, si Deus distribuat in pondere? Respondeo redundantiâ istam dici propter tentationum frequentiam, ac propter infirmitatem naturæ ipsorum seorsim consideratam: in mensura autem, & pondere dicitur propter gratiam diuinam, quæ roborat naturam infirmam, & facit ipsi videri omnia facilia ac iucunda. Omnes tentationes & aduersitates nimis essent homini, si esset solus; iucunda autem sunt & amœna, ac panis benedictus, cum Deus tolerantiam dat, ac gratia sua fulcit & sustentat infirmitatem. *Omnia possum in eo qui me confortat: omnia, omnia.* Diuino præsidio quod in me est sic quasi omnipotens

Ezech. 13.

potens & inexpugnabilis. *Deus in medio eius non commouebitur.* Perfectiores autē, & magistri nunquid etiā vt reliqui abundant panibus? *Æquissimum hoc, tam propter sublimiorem gradum quē habent præ seruis quam propter virtutem maiorem in ipsis quam in aliis.* Quoniam igitur pane abundant? *Azymo: virtutibus veris, sine fictione, sine hypocrisi, sine studio vanæ gloriæ, duplicatis & auctis gratis, quia bene vsi sunt primis; quia talenta commissa multiplicarunt; & sic saginantur semper istis panibus, & tamen auidescunt, non secus ac si ieiunassent: id est, semper tendunt in melius, & seipso student superare, ac si nihil illuc vsque esset actum.* *Beatus vir cuius auxilium ab te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum.*

Benedictionem dabit Legislato: ibunt de virtute in virtutem. Fient quotidie seipsis meliores.

Semper oculum in anteriora coniciunt, in ea quę agenda restant, quę retro facta que sunt obliuiscuntur.

Non vident quanta habeant merita, sed quantum adhuc desit: vt homines extreme avari, quibus habita ad noua quærenda calcar sunt, & quicquid habent nihil sibi habere videntur. *Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet: omnia flumina inirant in mare, & mare non redundat.*

Sic Apostolus semper in priora extenditur. *Frater ego, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem quod quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero que sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor, ad bramam superna vocationis Dei in Christo Iesu.*

Sic & Socrates *unum scio*, in quiebat, *quod nihil scio.* Sic & S. Paulus, in rebus conscientia & virtutis. *Vnum scio quod nihil cōscio nihil boni.* Plus outre dicebat noster Carolus Quintus. Sic & S. Franciscus saepe dicebat fratribus, *agite incipiamus, nihil adhuc actum, hoc vsque serui fuimus inutiles.*

Ad hæc, perfecti tres speciatim habent panes, fidē, spem, & charitatem. Item tres principales Scripturæ sensus,

Philip. 3.

sentis, tres virtutes nutrices spiritualis hominis potissimas, castitatem, humilitatem, charitatem. Item tres poenitentiae partes, quibus quotidie tam pro se quam aliis utuntur, viuis ac mortuis.

Habent etiam alios quinque custodiã quinque sensuum, habent & alios septem, 7. dona Spiritus sancti; vel 7. virtutes morales, quibus diuinitus complentur. Vnum tamen qui omnes alios bonitate ac suauitate operat proprium. *Panem filiorum*, consolationis ac tranquillitatis conscientiae: *panem reuera desiderabile.* Daniel 10.

Inter decem istorum foelicitates, de quibus apud ecclesiasticum optime etiã hæc recensetur: *Beatus qui non est lapsus in linguã suã, & non est stimulatus in conscientia delicti.* Nonnulli sancti hanc conscientiae requiem tanti fecerunt, vt etiam paradiso comparaerunt terrestri, agro benedicto, & in auribus aureis.

D. Augustinus sup. Genesim.] *Etiã in ipso homine letitia quaedam bonae conscientiae, paradysus est. Vnde & Ecclesia in sanctis temperanter, & pie & iuste viuentibus paradysus recte dicitur, pollens adfluentia gratiarum, ca-
m. q. 3. deliciis.*

Et cur non comparetur paradiso, cum oppositum, vt reuera alibi ostendimus, sit infernus. *Macrob. c. 10. in somnum Scipionis Hugo li. 2. de anima c. 3. conscientia bona titulus est religionis; templum Salomonis; ager benedictioris; hortus deliciarum; aureum declinatorium; gaudiũ Angelorum; arca foederis; th. saurus Regis; aula Dei; habitaculum Spiritus sancti; liber signatus, & clausus & in die iudicij aperiendus.*

Cicero in Catone maiore.] *Conscientia bene actae virtutumque, benefactorum recordatio incundissima est.*

Cicero lib. I. de finibus testatur, quosdam interpretari Epicurum, in hoc posuisse summum bonum & voluptatem.

Et optime dicuntur his abundare panibus. Tanta enim aliquando intus est iubilatio, vt & foris se prodatur hilaritate, & serenitate vultus, risu, gestibus, verbis, Videte confratres nostros Cappuccinos, honorem ordinis nostri, & cur non omnis ordinis. Vidistisne illos

illos vnquam tristes? saepe tamen ridenti, saepe pons-
 eta fronte. Vnde hoc? Ah arbor bene florens, bene vi-
 rens, testatur succi & pinguedinis subterranea abun-
 dantiam, qua secreto fouetur; sic & vultus, & extetur
 hominis, hilaria non possunt non esse, quando visce-
 ra virtutibus, gratiis, bonis cogitationibus, & deside-
 riis scatent. Quid? ipsa etiam dulcedo panum tran-
 quillitatis bonae conscientiae, tristitiam omnem facit
 delectabilem, vt amarae aquae Mariath iniecto ligno,
 obdulcoratae sunt; aut per herbam Nepenthes, ita ab
 Homero commendatam, omnis conuiuij ablata mo-
 lestia; aut vt exigua scintilla delapsa in magnum ma-
 re extinguitur facile.

Sirius rom.

1.

Testimonium illud conscientiae adeo salubre-
 dicamentum est, vt omnia facile inconuenientia li-
 peret, aliorum peruersas interpretationes, suspicio-
 nes, Diaboli etiam tentamenta. *Non offendunt* (inquit
 S. Lupus Zenonum Episcopus) *obloquentium verba,*
quem propria non inquinat conscientia. Medicata frugibus
ossa. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.
 Perfecti etiam superne illuminantur, & pascuntur pa-
 ne prudentiae, in dictis, factisque omnibus. *Cibant eum*
Deus pane vitae & intellectus.

Quae animae refectio iuxta Salustium optima est.
Prudentia suauissimus pastus animorum. Et David vitae
 suae probitati, & obseruantiae mandatorum Dei, pru-
 dentiam fert accepto. *Super inimicos prudentem me fe-
 cisti mandato tuo, quia in aeternum mihi est.*

Si dicat *abundant panibus* respectu diuesorum
 mercenariorum: bonorum scilicet & malorum, dicit
 hoc, quia etiam boni saepe hic bonis temporalibus,
 & postea abundant aeternis: mali etiam qui nihil pro
 Deo, sed pro temporalibus omnia faciunt, hic etiam
 suam mercedem accipiunt; honorem, gloriam, fama,
 prosperitatem. *Receperunt mercedem suam.* Sed panes
 hi non spirituales, sed corporales sunt.

Psal.] *Non priuabit bonis eos qui ambulant in inno-
 centia.*

Sin autem ad tres respexit mundi aetates; ad infan-
 tiam

nam scilicet sub Adamo & Noe, ad adolescentiam
 sub Mose, ad virilem ætatem sub Christo: etiam quam
 aptime hæc quadrat. Nam reuera in quolibet horum
 temporum serui Dei saturati sunt panibus, panibus
 dico anime, panibus verborum Dei, panibus fidei. Sub
 Adamo enim, & Noe, ipsos sæpe personaliter & visi-
 biliter docuit Deus. Sæpe etiam per interpretem, ac
 Angelos, lectiones quaedam obscuras de Redemptore
 futuro, quem appellare possumus *panem in spica*; &
 semper usque ad finem mundi legem ipsis dedit scri-
 ptam & sculptam in tabulis cordis vniuscuiusque.

In mundi adolescentia pane priori iam situm tra-
 hente & mucente, id est, cum lex naturæ iam euigora-
 re, alios ipsis dedit panes legis Mosaicæ. Lex iam na-
 turæ ex cordibus nostris prope deleta, vt literæ anti-
 quitate in veteribus monumentis exesæ, aliam ipsis
 scripsit digito suo legem, in tabulis saxeis. Dedit Pro-
 phetas, novos subministravit panes, sed omnes subci-
 vericeos, omnes crustatos, doctrinam parabolicam,
 ceremonias obscuras, futurorum tamen præfigurati-
 ones; quæ in persona & regno Messias reuelarentur. Pa-
 nis facis succulentos, in quorum fortitudine ambule-
 re ad montem Dei Horeb. *Panis in simila*. Sed in vi-
 rili mundi ætate, quando venit plenitudo temporis,
 sub Christo, alios dedit eis panes, triticeos, ex polline,
 non iam dura obteetos crusta, ipsum Dei filium, visi-
 biliter mediatorem, ipsum Euangelium, plane clarum,
 plane lucidum: aperiens figuras veteres, detrahens te-
 ctoria, & larvam, ac tegumenta Mosaicæ legis plane
 auferens; scindens templi velum, & ceremonias, pro-
 ferens omnia in lucem rotundè, deserte, clareque om-
 nia proloquens; non iam amplius, vt olim Mosaicæ
 legem, sub inuolucris, cuius authorem non male agno-
 minaremus *σκοτεινόν*, id est, tenebricosum, obscurum, *Cicero li. 2.
 de turb.*
 vt olim cognominatus est Heraclitus Philosophus
 (forte etiam subtilis noster D. Scorus) quia nimirum
 res hi studuisse videntur adeo obscuritati, vt subtilio-
 res etiam Theologi, per scripta Scoti palpantes ince-
 dant; meliores Philosophi non nisi cum maximo la-

bore Heracliti Physicam peruideant. Acutiores frugum
 gogæ Rabbini vix dimidium Mosaicæ legis intelli-
 gant: *Caci & Duces cæcorum*: Dominus noster Iesus de
 Apostoli eius, *cornicum oculos confixerunt*, inuoluerunt
 Mosaicæ legis cortices decorticarunt, denudarunt
 ac filum dederunt quo facile ex sinuoso exeat labyrintho. *Non veni solvere legem, sed adimplere*, dicit
 Dominus. Nonne optimos videris panes, etiam si non
 ultra loquar de pane gratiæ, de pane Eucharistico, quod
 eo enim ante satis egimus, & hi panes sunt quotidiani,
 quos petitis, quos quotidie vobis damus, ex cunctis
 dra, ex altari quando & quantum vobis placet. *Propere
 eius saturabo panibus.*

Psal. 13.

I I.

Cur potius abundare pane, quam alio cibo.

PER fidem vestram, dilectissimi, inaniter dicitur
 putatis mercenarios magis abundare panibus
 quam cibo alio? Neutiquam. Nam nec apex o-
 riosus in tota scriptura. Hoc autem admodum belle
 tam quoad historiam, quam mysterium. Propter his-
 toriam, vt intelligamus panem necessarium vtriusque,
 non delicias: vt pullos, ficedulas, perdices, &c. ac rati-
 mul iusticia monstretur & prudẽtia patris, qui seruum
 abunde aluit. Sed hoc æquum & iustum, bene oc-
 cupare, bene nutrire, bene soluere, (auditis hoc
 Domini Capitanei) bene nutrire, sed solo pane:
 id est, cibus necessariis, & crassis, ne serui nimium
 delicate habiti insolescant. Antea ea de re egimus,
 reuocate in memoriam propter mysterium. Quis
 enim dubitat hoc factum primo, vt melius intel-
 ligamus soliditatem doctrinæ Euangelicæ: vt enim
 pane nullus cibus solidior est (*robur panis, firma-
 mentum panis*, dicunt sæpe Prophetæ: & *panis cor ho-
 minis confirmet.*) Sic etiam Christi Euangelio nulla
 solidior, nulla neruosior doctrina.

Non dicit lacte : lac enim rudimenta significat doctrinae infimae catechumenorum , sicut lac in-
 arum proprie cibus est , ac animalium recens na-
 rorum.

Secundo. Nonne etiam ut intelligamus conue-
 nientiam Euangelij , ad naturam , & capaciam hu-
 manam ? Sicut enim homines inveniuntur qui
 lac , caseum , &c. horrent ; qui carne ob morbos
 allinent aut phantasias Pythagoricas ; quibus nec
 mundus in infantia vsque ad diluuium utebatur,
 contentus herbis quasi lacte telluris : nullus tamen
 inuenitur qui abhorreat panem. Sic & homines
 inveniuntur qui quorundam Philosophorum auer-
 sentur doctrinas , pauci tamen & paucissimi qui
 euangelium bene propositum & examinatum , ab-
 horreant , nisi forte per phantasiam ; quia nimium
 cum natura , ut primitus creata est , conuenit. Ni-
 hil enim dicit Christianus aliud , quam homo refor-
 matus & restitutus in pristinum. *Homo qui secundum
 Deum creatus est.*

Tertio. Forte ad monstrandam Euangelij utilita-
 tem : si enim panis adeo , ut heri diximus , utilis est,
 & iuxta Plinium innumeras pene continet medi-
 cinas : quid boni non confert , quid mali non aufert
 doctrina Euangelica?

Quarto. Neutrquam dubito quin etiam ad eius
 indicandam necessitatem. *Panis prior prora* habet
 proverbum , id est , panis omnia antecedit , ac
 eius prima debet esse cura : facilius Rege quam pa-
 ne caremus. Sine lacte , sine carne uiuitur , non
 commode nec salubriter sine pane. Proinde & ca-
 seus , & lac , & lacticia nonnunquam prohibentur ;
 panis nunquam. Ciuitates quae pane carent , fame
 affligi dicuntur , non quae carne : sed tantum dicun-
 tur non habere ad votum omnia. Sic sine reliquis scien-
 tiis ac disciplinis , anima salutariter Deo uiuere po-
 test , non autem sine explicita aut implicita Euan-
 gelij scientia. *Domine verba uita aeterna habes.* dicebat
 S. Petrus. Nec ipse Christus necessitatem suae doctri-
 nae dis-

*Plin. li. 22.
 cap. 25.*

Ioan. 26.

na diffimulat. *Verba quae ego loquor vobis spiritus & vita sunt.*

Doctrina Evangelica, sicut panis, dura est masticationis, nutrit tamen sicut panis: non dulcis est turbulentia, sicut doctrinarum secularium lac, ac philosophorum. *Si te lactauerint peccatores ne acquisita fouent enim isti & sustentant antiqua peccata, Lactauerunt catulos suos.*

Prover. 1.

Thren. 4.

Lac etiam & caro in Scripturis sacris non nunquam male audiunt, ut mali nominis: panis ob singulorum bonitatem suam, aut raro, aut nunquam.

Caro non prodest quicquam.

Carnium adpetitores in deserto, à serpentibus commisis diuinitus impetiti.

Caro & carnalis, saepe pro peccatoribus, in se positi, quod carne vel instigante, vel meditante peccatorum pars fiat.

In summa illud *abundans panibus*, significat, illi omnibus perfruuntur commoditatibus, maxime rebus, ego nullis. Prodigus dicere vult, mercenarios bonis patris sui repleri, si autem ita egenum, ita prope rem esse, ut illi elemosinam praestare possent ipsaeque non inuitus ab eorum manu sit recepturus, *Sed dominati sunt nostri.* Non errans communi aliquo inuidia morbo, qui semper aliena praefert, & canat.

Thren. 5.

Fertilior seges est alieno semper in agro,

Viciniumque pecus grandius vber habet.

Neuquam: sed reuera, simpliciter, quantum ad historiam. Nam quantum ad moralem sensum, scribunt nonnulli mercenarios non adeo fuisse felices, quam hic proclamatur: etiamsi ipso essent feliciores. Sed quod videri sint ipsi solum agere feliciter supra modum.

Et hoc quidem, inquit S. Bernardus, *non quod ita sit, sed quod ita sentiat miser: humiliatus sub peccato. Neque enim gloriantur testimonio conscientiae, quorum mercenaria intentio est. Sed peccator sanctissimum reputat quicumque de causa alterum videat innocentem.*

D. Guericus Abb. editus à Gayneo in expositio. moral.

[*Et haec dixeram, non quod sit, sed quod sentiat miser humiliatus sub peccato. Non enim gloriatur conscientia testimonio, quod um secularis & mercenaria in:entio est, si peccatorum compunctus sanctissimum reputat quacunque ex causa alterum videat innocentem: lectio prior forte melior & facilior.*]

III.

Verbulum unum de quibusdam mercenariis.

Diximus supra quomodo omnia ista applicentur publicanis, quorum causam in hac parabola Christus agit, ipsorum Aduocatus, peccata in genere iam tetigimus: ac ideo iam de publicanis superfedimus. De peccatoribus autem in genere, vnum adiciemus verbulum. In praesenti autem de nouo explicabimus qui homines se aliis comparent, & sibi quam aliis minus bene esse plangant.

Magni itaque peccatores seruis Dei se comparant: sed tepidissimis, quos iuaginari possis, qui scilicet Deo non seruiunt, nisi propter paradysum, propter temporalia, non amantes ipsum. Qui peregrinationes suscipiunt, Sanctos honorant, sed propter miracula; qui studiose cauent offensam, sed solum timore inferni, formidine fustium, & plagarum in hoc mundo: quos tamen magni peccatores rident, & credunt tranquillitatem habere conscientiae, optimeque, vt apparet, esse contentos, cum ipsi semper varie vexentur, nusquam quietem inueniant, in iis quae perdere amant.

D. Ant. Paduanus hic.] *Comparat humanam esuriem, & iuuuam refectionem.*

D. Guericus Abbas Igniacensis serm. morali de Prodigio.] *Abundant panibus, i consolantur innocentia sua, & fruuntur propria conscientia bono.*

Idem.] *Fame pereor, i insatiabiliter crucior peccatorum desiderijs, & affectibus vitiorum.*

Quasi dicerent, Ah quod non saltem tam perfectus sum, quam imperfectissimus seruorum Dei. O quam essem foelix! non quod reuera imperfectus, beatus ac

foelix sit, sed quia esse videtur illi, qui rigide catenatus, sub peccati iugo iacet. Illi enim reuera conscientiae testimonio gloriari non possunt, quorum intentio secularis ac mercenaria est. Sed poenitens omnes meliores aestimat, ac sanctos, quos in innocentia praecedere videt, qualicumque tandem intentione. *Seculum regem putamus inter cacos, & fuscum candidum inter: Aethiopes.*

D. Guericus vbi supra.] *Quis consuetudine obligatus non se foelicem reputaret, si datum esset ei, esse tanquam unum ex his, quos in seculo tepidos videt, viuens sine crimine, minime tamen queretes quae sursum sunt, si qua super terram.*

Talis querela esse posset religiosi, aut religiosae, quae in religione vitam male instituerit, quae ad perfectionem properauerit retro, vt cancer: quos homo S. Augustinus eximia ait esse malitiae, qui cum se omnibus vident esse destitutos, laudant vsque ad caelum conjugatos, qui coniuge contenti, de reliquo satis imperfecte viuunt. Vel etiam *fame pereo*, boni Catholicae querela esse potest. Sed qui quoad vitam, peccatoris & parum Christianus, faciens quotidie aliquantulum boni: intelligit tamen hoc sibi ad vitam aeternam non profuturum. Quamdiu enim in mortali manet peccato, extra Dei gratiam, aquam cribro vel perrostrabitur sicula, vt apud inferos Danaides, volentes forte vngutula diuuis epulonis refrigerare linguam.

Vel etiam querimonia esse potest Doctorum quorundam secularium, aut regularium; qui cum in se reuerfi, & considerantes quanto saepe suis subiectis minores sint, Doctor simplici idiota, Sacerdos aut religiosus laico, ac operariis seponentes ea in quibus eos superant, (*In quantis*, inquit S. Augustinus. *si minor est considerandum, non, in quantis sis maior.*) Contentur libere simplices conjugatos, & mechanicos, multo meliores & religiosiores, magis timentes Deum, magis suspirantes caelestia, quam ipsi cum omnibus libris, & litteris: adeo vt fere cedant studiis, eaque abdicent, vt Deo ex toto corde seruiant. Ac certe talis

Luca 16.

D. August. in Matth. 59. *est considerandum, non, in quantis sis maior.* Contentur libere simplices conjugatos, & mechanicos, multo meliores & religiosiores, magis timentes Deum, magis suspirantes caelestia, quam ipsi cum omnibus libris, & litteris: adeo vt fere cedant studiis, eaque abdicent, vt Deo ex toto corde seruiant. Ac certe talis

reculatio aliquando S. Augustinum conuertit, ac in
mentum, quale fere nostri Prodigii est, resoluit. Cum
se vidit aulicum, adeo curiæ sectatorem, & ter-
riti Imperatoris molestis implicatum seruitiis, à Dei
seuicute se auelli, Domini utique cœli & terræ; non
multum vltra disputans, ac de mutatione hæsitans,
litam alio appulit animum, & socium suum Ali-
pium, fortissime hortatus est, ita affatus: Quid hoc rei
chiodiæ, ac asini, vt ita dicam, cœlum vitæ bonitate
opugnant, nos phalerati equi, sed desides; litterati,
excordes; ecce quomodo carnis voluptatibus vn-
que irrecimut?

D. August. tom. 1. lib. 8. confess. c. 8.] *Surgunt indocti
scalum rapiunt, & nos, cum doctrinis nostris sine corde,
vbi volutamur in carne & sanguine.*

*Terent. in
Andr. act. 1.
Scen. 2.*

Hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.
Fateri debemus, dilectissimi, ad consolationem ve-
stram, ad confusionem nostram, quod quidam qui
hunc habitum gerimus, tam pij, tam religiosi aliqua-
do non sumus, quam pauperes mechanici, & viles ru-
diiq; ancillulæ: sæpe, non sicut populus sic sacerdos. Sim-
plices enim mechanici magnâ putant aliquando bla-
phemiam, si quicquam liberius, si quicquam durius
dixerint: nos interim homines litterati, nugas & iocû
putamus magnas nostras aliquando blasphemias. Ta-
lis mechanicus cum toto die opus suum diligenter fe-
cerit, in vigilia, Quadragesima, aut quatuor tēporib.
vix buccellam panis vnâ aut alteram sumet pro col-
latione, ne potus noceat: & inter nos sedentarios ho-
mines, proh dolor! inuenimus, qui cum nec cubiculo,
nec sede mouerint, ad uesperascēte die, sine scrupulo li-
beraliore sumât collationē quam Cordigeri cœnam.
Vtissimus largius, quam prandeant pauperes; ac sic
de cæteris. (Loquor de imperfectis quibusdam, nam
facis noui seruata esse septem millia, quæ non curua-
uerunt genu Basl.)

Nunquamne audistis simplicem quendam Calcia-
rium, in ciuitate Alexandrina, prælatum per Angelum
S. Antonio Heremite, cuius solū nomen diabolis erat

terribile. Aut nunquam legistis, de simplici illo Eromita, qui erudiebat magnum illum Taulerum, qui tanto tempore studuerat. Audire vultis quomodo hoc fiat? sustinete modicum cum silentio, dicam clare & breuiter. Quando vnum perdidimus aut clausum oculum corporis nostri, alter sanus clarius videt, quod nimirum spiritus visiuus qui visum causat, qui ante in duos diuidebatur oculos, recolligit se ac totum vnum applicat, & vnitus in vno perfectius operatur quam in duobus. Sic homo, duos animæ habens oculos, intellectus scilicet & Affectus, quia idiotæ alterum intellectus oculum non habent, aut quia ipso ad omnia operantur, aut valde parum, ad inuestigandas veritates abditas, & scientias difficiles; contingit ipsis alterum Affectus oculum esse vegetiorem, in operationibus in amando Deum, & proximum; contra literarij, intellectus oculum semper occupantes scientiis abstrusis, & speculationibus arduis, Affectus oculum habent quasi clausum, aut perstrictum & hebetem, ac proinde minus aptum ad amandum Deum, & proximum. Oculus ille ipsis quasi conuiuet, & corrugatur propter vehementem alterius intentionem. Affectus quasi Magdalena, cessat interim dum intellectus licet Martha, multum occupatur variis rebus.

*D. Francis.
reg. cap. 5.*

Soror mea reliquit me solam ministrare. Videte cum S. Franciscus ita præcepit fratribus vacare operi, ut deuotionis spiritum non extinguerent, id est, affectus oculum non obturarent. Fratres laborent fideliter & deuote: ita ut quod excluso otio anima inimico, sanctificationis & deuotionis spiritum non extinguant, cupiant cetera temporalia deseruire.

Posset etiã sanctissimus homo verbis illis vti, quæ mercenarij, æstimās reuera bona fide totum mundum, & nequissimos omnes se meliores, & sanctiores, per incomparabilem humilitatem, qualem in Sancto P. nostro Fracisco fuisse legimus: qui sincero corde pessimos etiam mundi latrones, sibi præponebat: quia, inquebat, talis essem, & deterior, nisi præueniens & conuincens Dei gratia me conseruasset, & facinorosi

si isti forte meliores me essent, si tantam à Deo gratiam accepissent.

Quale iudicium de nobis ipsis facere debemus. *Dicitur scriptum, & sapiens eris: sed dic, sed intus dic, quia est ut dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere, & coram Deo non dicere.* Dicit sapienter S. Augustinus.

Nonne eisdem etiam recte uti possent Ecclesiastici nonnulli, opulenter præbendati, ob priores suas dolentes dissolutiones, videntes vicarios, capellanos, ac alios officarios, mercenarios suos, substitutos, pane suo abundare. *Magnum enim vectigal parsimonia.* Se autem vix habere unde viuant, vix sibi obulum credi, ad redimendum sinapi, cum magnis reditibus ac pluribus beneficiis; Aut videntes sacerdotes simplices, magis sepe spirituales, magis in Deum reclinatos, magis frugi quam se. *Quanti mercenarij in domo patris mei (Quot in Ecclesia Sacellani, vicarij cantores sacrorum custodes, &c.) Abundant panibus (decenter nullius, indigenti, agello suo & altariolo viuunt) ego autem (beneficiorum sacco grauis & diues agri) hic (in domo pane Regia & palatina, in Ecclesia Cathedralium aut prima aut non postrema) fame pereo are alieno obligatissimus, nec soluendo, nulla gratia aut fide apud hos aut illos egerrime vitam sustento. Cur negent locum & transitum isti expositioni?*

Vel etiam planctus esse possunt, tenuioris plebeculæ, succensentis Ecclesiasticis, ac inuidentis eorum facultatibus, aut scandalisatæ dissolutionis quorundam ex nobis dissolutione, ac abusu patrimonij crucifixi, & pauperum vario luxu. Hoc mutuatus sum à docto & optime Catholico viro, ut nemo vestrum mihi quæstaxatus indignetur.

Ioannes Arborius Laudunensis Doctor Paris. comment. in hunc locum. *Merrenarij (inquit) qui opulentis sacerdotibus quibus sunt indigni insolescunt, &c.*

D. Hieron. l. 2. Ep. 14. editionis Canisiane ad Nepotianum. *Ignominia omnium Sacerdotum, propria stude-re diuitiis. Natus in paupere domo & in tugurio rusticano: qui vix ex milio & cibario pane rugientem ventrem*

D. August. in illud Matth. 11. Confiteor tibi Pater, &c.

*saturare poteram nunc simillam & mella fastidio. Non
& genera & nomina piscium.*

Et reuera, vt Deo demus gloriam, ac rotunde
quod res est dicamus, de peccatis quorundam qui
confundunt matrem suam Ecclesiam, ac eam mala
sua conuersatione angustiis saturant, qui bonum
Israelitarum odorem fetere faciunt coram Pharaone,
saxens sit, aut Iobo patientior qui istos homines
non appellet mercenarios, & Prodigii verbis in ipsos
non strenue murruraret. *Quanti mercenarij in domo
patris mei (in Ecclesia Dei) abundant panibus, opibus,
& ego hic fame pereor.* Nonne reuera mercenarij sunt,
qui ad ordines sacros promouentur, ne pingui solum
excidant beneficio, quod iam receperunt, quod celes-
retur vacare, si intra tantum tempus à iure prescripto
ordinari se non facerent. Aut etiam qui vbi beneficij
ipsis oblatum est, scrupulosius inquitunt de redditibus,
de accidentariis, quam de Patrono & S. Ecclesie tutelari,
de fide, de moribus parochialium, &c. & magis sa-
laria quam sanctuaria respectant, magis debita quam
salutem, magis lanam quam oues, lac quam vaccas,
cum contra dicere deberent illud S. Pauli, *Non quero
qua vestra sunt, sed vos.* Nonne etiam veri mercenarij
sunt, qui spe solum distributionum, & largitionum,
aut frumenti, aut argenti, aut pullorum, presentes
sunt in Ecclesie officio, signum statim dantes rece-
ptui, quam primum secuta sunt emolumenta, corpora
magnorum Canonicatum, presentie, distribu-
tiones quotidianæ, (*cumulus Hesiodius & qua non profunt
singula multa iuuant*) aperiant interim raro pauperi-
ianam, raro manum indigenti porrigunt, & tam mo-
dicum donant vt per impatienciam miser Lazarus ple-
no ore declamet, *quanti mercenarij abundant panibus
(carnibus, aribus, &c.) ego autem hic fame pereor.* Ah
corrigite hæc Domini præbendarij, corrigite hæc, &
claudetis ora infirmorum Catholicorum, & aduersa-
riorum, & maleuolentium.

Vel etiam possent esse iusti dolores bonorum quo-
rundam, doctorum, ac proborum hominum; natorum
in re

*Vide Ezech.
cap. 20.
3. Cor. 12.*

*Caluin. lib.
4. Instit. cap.
5. 5. 9.*

ate angusta, quos nemo iuuat, nemo promouet, (*Domine hominem non habeo*, dicit alter) indignantis dico contra nobiles quosdam ac diuites, aulicos, & mancipia curiæ, quos vident magno studio promoueri; præcipue propter nobilitatem generis, affinitatem, cognationem, aut seruitia ad burfas vniuersitarum, ad clerum, ad duplices præbendas, ad mytras, ad cruces, ad Abbatias, ad prioratus, quantumcunque indocti & inhabiles, ac Ecclesiæ inutiles: nati magis ad aurigandum, sæpe aut arandum, quam cantandum, & peragenda officia: tam idonei ad sua ministeria, quam Arcadij asini ad pulsanda organa: cumulant adhuc beneficia beneficiis, *sacci beneficiorum*. qui possint vno capite duas aut tres gestare mytras, vna manu duas aut tres cruces, Abbatiales, Episcopales, subeuntes claudis pedibus (diuinamini si domus supra domum non cadet neruosi Athlantis onus, infirmo collo fulcientes duas vel tres Ecclesias, vt habeat maritus vnus plures vxores, aut vna mulier duas colos: contempnens illud S. Pauli *vnus vxoris vnum*. *I. Cor. II.* (Coniicite an istis sponsis fiat satis, & an bene ducantur fila ex tam diuersis simul colis.) *Abundant panibus*, ita vt etiam panem Christi possint reuendere, si reuendere hic locum habeat, Deus nouit an non fiat & quam sæpe) interim pauperes & alij magis idonei, digni meliore fortuna, nec modicum quidem obtinere possunt altare, vt Deo digne seruiant, & de altari viuant. *Ego autem hic fame pereo*. Coguntur aliquando seruite, corradere stipem, & medicare. *Vnus esurit, alius autem ebrius est*. *Esurit, qui meliore fortuna dignus; ebrius est qui sit ad stiuam dammandus, gallina filius alba*. *Iuuenal.* Egregij isti homines deplorant aliquando asinos equitare, & equos ire pedites. Vident se nihil obtinere posse, etiam si mereantur, & multis expectent annis, vbi isti Domini vno die, sine vlllo merito, sine vlla inquisitione, sine vlla cura simul accipiunt duo tria beneficia. *A. Lucas,* *abundant panibus propositionis*; illi nihil piscari possunt,

Luc. ibid.

*Guil. Pepi-
nus hic.*

possunt, tota nocte cum S. Petro. *Præceptor per totam
noctem laborantes nihil cepimus.* Et pisces in domi-
norum istorum retia se iniiciunt etiam si non tendantur,
(vt ciuitates in retia cuiusdam Demetrii, cognomine
Poliorectis) tanta copia, vt periculum sit rupturæ.
*Coneluserunt piscium (beneficiorum) multitudinem: rum-
pebatur autem eorum rete.*

Vident nonnullos inuadere cucullum monasticum,
ac vno die facere professionem. Quos vidēs dicas in no-
uitiatu tam bene se habuisse, vt nunquam vnū iētū disci-
plinę cōmeruerint, & nec semel abfuerint à matutinis
ac eisdem postredie creati Abbates. (Belli Abbates re
monasteriis præfunt, vt eos reformat nūquid?) duos
videns fratres, duas sorores, in vno collegio: ipsi per
multas preces magnamque instantiam, nec panem in-
ueniunt vnum, locumve simplicem. Dicunt igitur bo-
no iure. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant
panibus, ego autem hic fame pereor.*

D. Hieron. l. 2 Ep. 14. edit. Canisij ad Nepotianum.]
*Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex igno-
bili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.*

Vtinam Domini isti cum abundantia panum suorum
mercenarij essent tantum: mercenarius enim etiam
videns lupum venientem non currat ad pugnam, sed
ad fugam; non tamen ibit quæsitum lupum, non in-
uitat ipsum ad ouilia, non iniicit ipsi agnos in fauces:
sed boni hi homines non raro in hisce deprehendun-
tur. Sæpe ipsi lupum agunt, rapientes, deglubentes ou-
uiculas, & subditos. Dico hoc secutus virum magnum
beneque Catholicum.

Ioannes Arborius Laudun. Doctor Theol. Paris.
Comment. in hunc locum.] *Et vere mercenarij qui lu-
pum agunt, & non pastorem, sunt & fures, & latrones, nec
aliud cogitant, quam vt furentur, diripiant, mactent, &
perdant.*

Vtinam, iterum dico, veri saltem essent mercenarij.
Recordarentur enim verbum hoc, *merces*, duo dicere:
nimirum oculum ad mercedem, & obligationem ad
curam. Ideo enim salarium promittitur, nec de more
datur

darur nisi post laborem, & sic saltem erubescerent recipere mercedem, ante præstitum officium; nihil agētes, imo nec voluntatem habentes operandi, agendique quod debent concedo; respiciant lanam & salaria, secundaria intentione. *Nam dignus est operarius mercede sua: nemo suis stipendiis militet unquam.*

D. Hieron. ad Nepotian. vbi supra.] *Quasi Leuita & Sacerdos, viuo de decimis & altari seruiens, altaris oblatione sustentor.*

Sed optarem illos etiam tam strenuos esse ad laborem, vt operarentur in vinea Domini opus suum, ad quod assumpti sunt: memores communis dicti; beneficium propter officium: & verbi Domini, qui in libro Numerorum dicit se Aaroni & filiis eius dedisse oblationes populi, propter officium sacerdotale; & infra in Leuitico dicit, Leuitis decimas fore ministerij pretium.

Num. 18.] *Omnia qua sanctificantur à Filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.*

Ibid.] *Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis.*

Ibid.] *Pretium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij.*

Oro illos vt magis apud caulam, quam apud aulam hæreant: vt apud sponfas suas resideant; vt thesauris quos in deposito habent aduigilent. *Pastores erant in regione illâ custodientes vigilias noctis super gregem suum. Pastores sunt Sacerdotes, dicit S. Ambrosius.*

D. Hieron. l. 2. ex Ep. 14. edit. Canisij ad Nopotian.] *Turpe est ante fores Sacerdotum Christi crucifixi & pauperis qui cibo quoque vescebantur alieno inter lictores consulum & militum excubare iudicemque, prouincia melius est apud te prandere, quam te in palatio. (Vbi tamen legere sic maluerim; bona Canisij pace dixerim: Turpe est ante fores Sacerdotum, Christi crucifixi, & pauperis & qui cibo quoque vescebatur alieno: lictores consulum & milites excubare: Iudicem in (sacerdotum) & delectis particulis (inter)*

(inter) & (est) qua lectio carpit luxum Sacerdotum mente Hieronymi; non ut alia lectio, ambrosium ad Gallicos accessum, in quem sensum ex Canisio hic cito. Lecturam autem à me hic refertur esse ex mente Hieronymi, vel Canisius ipse tuebitur, qui in margine sic notavit: (de conuiujs non instruendis.)

Greg. hom.
17.

Vt bona Ecclesie non deuorent, ad quam nunquam accedunt: ut eius curam habeant, ne mulieris dotem ac donatiua accipiant, cuius curam non gerant: ne lanam gregis tondeant, cuius nunquam onem conspexerint; ne lac vaccarum mulgeant, quibus nunquam fœni manipulum præstiterint. Quid? volumine esse de numero eorum de quibus conuenitur S. Gregorius; mundus sacerdotibus plenus est, inquit, pauci tamen veniunt ad messem operarij: nam recipimus quidem officia, sed parum implemus onera. *Missa quidem multa operarij autem pauci.* Operamini igitur Domini mercenarij in vinea Domini, custodite domum, & bona eius: aduigilate sicut Argus vestrae animabus subditorum, pascite eos verbo, pascite exemplo, aut saltem quarite & conducite qui faciant; alioquin quid dicemus nisi *ô Pastor, ô Idolon. Va pastoribus, qui pascebant semetipsos*

Sal infatuatum ad nihilum valet vltra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Ignauum fucos pecus à præsepibus arceat.

D. Greg.

Merces non debetur nisi opere facto. Paterfamilias cum sero factum esset, dedit operarijs denarium diurnum; sed postquã portarunt pondus diei & castus. Quid agemus pastores, inquit S. Gregorius, qui accipimus mercedem, & non operamur: sint beneficia nobilibus, habeant mitras, iuuentur fauoribus, profunt ipsis: sed sint nobiles corde, & opere; portent fortiter sicut Atlantes calum suam, & olympum, & quod ipsi non possunt, aut quando iam vltra non possunt tum onera in vicarios remittant; sed in Hercules, in viros idoneos, qui Deum ament. Sicut Dominus curam suam commisit S. Petro, fecitque eum suum Suffraganeum, suum Vicarium, postquam amorem profectus est.

est. Vt Canonici Deo seruiant mercenariè, respicientes secundario ad donationes, distributiones, ad præsentias, permitto consentioq; libens: sed ita vt venientes ad Chorum bono corde veniant, bene in Deum e-leuato, vt & corpore & corde in Choro sint. *Psallite sa-pienter, psallam spiritu, psallam & mente.*

Psal. 46.

Ne dicatur illis quod populo Israel, *Dilexerunt Deum in ore suo, & lingua sua mentiuntur ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo.*

1. Cor. 14.

Psal 77.

Isaia 29.

Item *Populus iste ore suo & labiis suis glorificat me: cor autem eius longe est à me.*

Cantent non per vicarios, qui fauces rumpunt i-
psis tacentibus. Ne guttura vocesque habeant ad vo-
luptatem tantum, ne curent Calvinum, qui contume-
liose illos appellat Canonicos, & præbendatos, stipen-
diarios, delicatos, qui cantando victitant. Cantent a-
lacriter laudes Dei, ad seruitium Dei vires suas confe-
rant. *Fortitudinem meam ad te custodiam:* dicebat Re-
gius Psalmista. Maxime referentes dona Ecclesiæ, quæ
pauperis patrimonium redolent.

Caluin. lib.

4. Instit. cap.

5. 5. 9.

Sit Canonicus mercenarius in recipiendo, sit ope-
tarius in cantando; abundet panibus in distributione,
sed pauper etiam Lazarus inde sentiat solatium, ne
miserabilis vnquam illa vox pauperis ianuam ipsius
pulsset, *ego autem hic fame pereo.* Vel, *nemo illi da-
bat: vel, ista S. Hieronymi: auro parietes, auro la-
quearia, auro fulgent capita columnarum & nudus
aique esuriens Christus ante fores nostras in paupere
moritur.*

D. Hieron.

lib. 2. Ep. 16.

edit. Canis.

ad Gauden-

tium.

Sit Canonicus, id est, regularis in omni opere, vt ser-
uet Canones, ac regulas secularium. *Forma facti gregis.*
Sciat alioquin beneficium sibi fore veneficium, *offi-
cium officiet. Beneficium, veneficium.*

Abundent monasteria bonis, & panibus; habeant
castra, pagos, dominia, imo & mundi dimidium,
(vt clamant nonnulli) partim quæsitæ antecesso-
rum & maiorum probitate, partim autem ipsorum
frugalitate: quorsum hoc inuidebimus? dummo-
do opus faciant ad quod hi panes illis donati sunt:
dummodo

dummodo canant, plorent, orent, pauperes foueant, ac Deum mundi peccatoribus propitient: *com edam enim peccata populi.*

D. Hieron. lib. 2. Ep. 14. edit. Canis. ad Nepotian. *Pudet dicere Sacerdotes idolorum: mimi, auriga, & Scorta hereditates capiunt: solis Clericis & Monachis hoc legi prohibetur, & nō à persecutoribus prohibetur, sed à Principibus Christianis.* Subditur tamē in nostram sententiam *nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est: sed quo mihi vulnus ut indigeam caui erij.*

Abundant bonis dummodo studeant, dummodo fundent, & sustentent collegia; ut Ecclesiam illi utroque catechizando, instituendo, populum rudem, simul ut falsam doceant prouerbij infamiam: *indoctior Monacho.* Orent, ieiunent, pro iis qui dederunt ut abundant panibus, ne patiantur benefactorum animas clamare in purgatorio, esurientes ipsorum suffragia, *egit autē hic fame pereō, vel miseremini mei, miseremini mihi, saltem vos amici mei, ut quid carnibus, (& panibus) meis saturamini?* ac ut melius ieiunent & orent, studeant

D. Hieron.
lib. 2. Epist.
16. edit. Canis.
ad Paulinum Monachum.

facere quod promittunt, & nomine praferunt: sicut Monachi, id est, solitarij & abstracti. *Si cupis esse inquit Hieronymus, quod diceris Monachus, id est, solus: quid facis in urbibus, qua utiq; non sunt solum habitacula, sed multorum?*

Accipientes autem quantum necessitati sat est, reliquam abundantiam panum pauperes Christi sentiunt. Cogitent se magnos Principum, benefactorum, & fundatorum eleemosynarios. O quam probi, quam laudabiles essent tum mercenarij! digni semper abundare, ut clamat noster Prodigus; & quam infelix qui tum ipsis aliquid inuideret? Sed alias nihil miror si videntes ipsos semper saginari panibus, ac crassefcere, semper mercedes, semper salaria ut mercenarius recipere, nihil autem operis praestare si inquam inuideant ipsis ac mordeant alij.

D. Hieron. lib. 2. Ep. 14. edit. Canis. ad Nepotian. *Accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis,*

cautum esse, vel timidum: aut (quod apertissimi scelere est) aliquid exinde subtrahere, omnium praeconum crudelitatem superat.

Sed videamus quibus adhuc illa verba quanti mercenarij conuenire possint. Optime etiam in gentiles, Paganosque quadrant philosophos, & significat quasi nullum spirituale fructum capimus ex studiis philosophicis, poeticis, sed inflamur semper, turgemus. Nonquam redimus meliores, superbiores semper: contraria omnia videmus in seruis Dei, custodientibus ipsius legem. Nihil inuenimus quietis in falsis nobis voluptatibus.

Quem fructum habuistis in iis, in quibus nunc eruiscitis?

Hæc quidem vt opinor non male. Melius tamen etiam competent hereticis; quos alias etiam dixi Prodigii persona designari: querimoniam enim ipsorum sunt, quod verbo Dei, Sacramentis, & veritate destituantur.

Vide harum Concionum partem I.

D. Guericus Abbas hic.] *Potest intelligi quod..... fame & siti Diuini verbi..... se perhibent laborasse.*

Amos 8.] *Fames & sitis audiendi verbi Dei memoratur.*

Vident Theologos Catholicos, nocte & die genuinum sensum S. Scripturae serio & humiliter scrutari, laborantes sincere in Dei vinea, abundantes panibus veritatis, sanctitatis, meritum, consolationum, edificationis proximi, bona denique conscientia vivere & mori. Se contra in Diaboli seruitutem abactos, palcare tantum porcos, amplexari Epicurum, docere voluptates, hæere in cortice, & in circuitu scientiarum humanarum, in Poesi, historiis, linguis, Grammatica magis, & Donatistæ quam Theologi: mandere se corticem, ossa, litteram; non attingere nucleum, medullam, sed perire fame: quærere non inuenire. *Semper discitantes, nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Nullam recipere internam consolationem, mala conscientia viuere, peiore mori. Isti enim homines nec notitiam habent veritatis, nec amorem bonitatis, nec

reuerentiam honestatis. *Ego autem hic fame perire. Hic & postea titiones inferni.*

Carent sacramentis, maxime Angelorum pane, sacramento Altaris: quia totam aboleuerunt missam quousque potestas tenebrarum extenditur. Carent in creatione remissionis peccatorum, venia, indulgentiis. Impossibile est vt non recordentur quomodo aliquando nobiscum abundauerint, cum adhuc essent nobiscum in Ecclesia Romana, vera (vt inquit Apostolus) Dei domo. *Esurientes & sitientes animarum in ipsis tabescebant.*

1. *Timoth. 3.*

Duplici moriuntur fame; alij priuatione & absentia rerum: alij rerum absentium extremo desiderio: qui utique meliores sunt ex ipsis, & parum absunt a regno Dei. Et hæc fere simplicior est plebecula, quæ fraudes sentire incipit.

Horat. lib. 1. Ep. 10. ad Tuscum.] *Virg. sacerdotis iugitius, liba recuso:*

Pane egeo iam mellitis meliore placentis.

Non pascuntur nisi cortice, & ossibus: non apponitur, non prædicatur illis nisi panis mendacij, verborum vana, placita humana, verisimilia magis quam vera. Siliquæ dico, cibique porcorum, calumniæ & murmura contra Moysen, & Aaron, contra Reges & Papas, scommata in Clerum, adeo vt redundant. *Promittunt se scientiam Dei habere. Apparatus magnus, tituli multi, nihil ultra.*

Psal. 118.] *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.*

Ad populum phaleras.

Videte quo loco miseri isti homines sint, dum nostri liberaliter pascuntur pane similagino, medulla carnis, pura aqua veritatis.

*Martialis
lib. 10. Epigr. 52.*

Diues & ex omni posita est instructa macello.

Cœna tibi.

Non opus est nobis nimium lectore gulo;

Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

Nonne hæc satis ad patris domum repetendam, Ecclesiam Romanam, Apostolicam, Catholicam, ad deli-

deserendam nouitiam Satanae synagogam : cum in Ecclesia tam liberaliter, in synagoga tam macrè prandeatur. Agite igitur, dilectissimi, omnes abhinc cogitemus de reditu, peccatores ad poenitentiam, hæretici ad fidem, & Ecclesiae gremium. Deus nobis illam faciat gratiam. Amen.

CONCIO XVII.

- 1. Ἀναστὰς, προσδοσάτω μοι, ὁ Θεὸς τὸν πατέρα μου, καὶ ἐπὶ αὐτῷ. *Græca.*
- 2. Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei. *Vulgata.*
- 3. Surgam, proficiſcar ad Patrem meum, & dicam ei. *Syrinca.*

ARGVMENTVM.

- Dicemus hodie.
- 1. Cur Prodigus in summa perplexitate, maluerit ad patrem quam alio reuerti.
 - 2. Præclaram rem esse meditari conuersionem & cur.

A V E.

I.

Cur Prodigus in summa perplexitate, maluerit ad patrem quam alio reuerti.



V I aliquando vidit quomodo syluosi colles, aut magna in alto nauigia furentibus iactentur procellis, pulsentur fluctibus, protra verberetur & puppis, comminuantur gubernacula, lacerentur vela, rumpatur mali, rudentes, funes, quomodo concursantibus vndiq; ventis, huc illuc circumperitur, superata arte Nauarchus & Epibatę desperēt, ut in tempestate Ionæ, quilibet quam diligentissime seum inuocet Sanctum, non sciens in quem tandem se portum recipiat, vbi anchoram figat, vbi littus teneat, aut quia inaccessum est propter distantiam nimiam, aut quia infestum est inimicis, ipso mari

Y 2 barba-